



Universitätsbibliothek Paderborn

Annus Cisterciensis

In quo Pia, Et Brevi Apostrophe proponuntur Veneranda, & Imitanda Gesta
præcipua, & eximiæ Virtutes Sanctorum ac Beatorum utriusque sexûs
Ejusdem Sacri, Et Ab Origine Sua Exempti Ordinis

Meglinder, Joseph

[S.I.], Anno MDCLXXXII.

5. Martij. 3. Nonas.

urn:nbn:de:hbz:466:1-45295

victo- gulare certamen. Aptæ ad pugnam ma-
 ria sui, nus meas: fac me apprehendere fortissima
 vincit mortificationis arma: cersus semper erit
 dēmo- de hoste triumphus, quem mei victoria an-
 nem tecesserit.

S. BERNARDUS, ser. 1. de S. Andr.

Cruce Si saperet nobis tribulatio, sic vixius
 fugatur esset omnino diabolus. Nihil enim
 hostis proficit inimicus in eo, quem Crux
 Christi delectat.



5. Marty. 3, Nonas.

obijt B. GERARDE, Pijssimi Parentis
circa BERNARDI alumne: qui inno-
annum center consummato militiae religiosæ
 1135. stadio, morbo corruptus, tridui inter-
 vallo per spiritum in altero orbe ver-
 sabaris. Inde vero ad te reversus, læ-
Eius tissimo vultu, in hæc verba prorupisti.
verba [BONA EST OBEDIENTIA. Ad tribu-
post tri- nal Christi ductus fui; ipsumque facie
du.nā ad faciem Regem Angelorum conspe-
extasias. xi, dicentem mihi: Ecce! locus tuus in-
 ter fratres tuos. Nullus tui Ordinis pe-
 ribit; si Ordinem amaverit. Aut enim
 ante mortem purgabitur; aut brevi
 post mortem purgatorium ignem eva-
 det

det.] Quibus dictis, inter exultantium & psallentium confratrum lacrymas animiam ad jam notas in patria feliciore sedes en sisisti. *Eignissima sunt,*
quæ marmori, uti dicimus, inscribantur *Bona*
hæc verba: Bona est Obedientia. Exhibeo *est obe-*
en! tibi marmoream cordis mei tabulam: *dientia*
quæ cùm sit reliquis virtutibus inanis &
vacua; fac saltē, ut aurea hac inscrip-
ione ornata coram Judice suo appareat.

B. RADULPHE: qui ex Signia- Obijt
 censi ad Claravallensem Abbatiam af anno
 sumptus, regiminis tui memoriam va. 1236.
 rijs, tum sanctorum Martyrum, cum aliis magnæ sanctitatis aut dignitatis virorum sepulchris, ad posteros extendi: vix tandem sepulchri locum inter tot charos tuos nactus; nisi post Episcopatum Agenensem, & Archiepiscopatum Lugdunensem, cum summa laude administratum, cineres tuos in Claramvallem filiorum amor adduxisset. Sepulchralem tamen lapidem nullis honorum titulis ornari præcepisti: ut animi demissionem, quam præ ceteris virtutibus semper colueras; etiam mortuus doceres. *Nulla virtus humilitate est altior: nulla Deo, Angelis, Huminibus acceptior: nulla exemplis il-* *litas.*
lusior. Tu ora, ut illam mihi donet, qui
dixit: Discite à me, quia mihi sum, & humiliis corde.

S. Ber-

166 ANNI CISTERCIENS.

S. BERNARDUS, ser. 26. de divers.

Humi-
litas.

O mira vanitas, ô mira fatuitas cor-
dis nostri! cuius elationem perfectè
reprimere, cuius cervicosos motus o-
mnino domare: humilitatis materia
tanta non sufficit, quin superbiat ad-
huc terra & cinis.



6. Martij. Pridie Nonas.

Obiit
anno
1276.
6. Non.
Mart.

Perse-
veran-
tia.

BARNULPHÆ; qui in Villario
Cisterciëbus adscriptus, pro virtu-
tum merito, tanquam sedulus discipli-
næ monasticæ observator, Abbas S.
BERNARDI in Brabantia constitu-
tus es. Sed gubernandi felicitas, & vi-
tæ sanctimonia effecit, ut vacante in
Villario Abbatiali sede, communibus
votis revocatus, & in Patremfamilias
electus fueris. Non frangebant etiam
senem labores: sed in ijs usque ad ex-
rema perseverans, nomen sancti me-
ruisti apud posteros; & apud superos
gloriæ coronam. Impeira mihi sanctam
in bono perseverantiam. Hanc enim si pos-
sederò, non possum de præmio amigere:
cùm illa, velui sola, ita certò coronet.

Ve-